



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 33. Albæ Dux bellum contra Papam finire a Venetis rogatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

§. XXXIII.

Sæcul XVI.

A C. 1556.

Albæ Dux bellum contra Papam finire a Venetis rogatus.

Cum interea deliberaretur, Senatus *Thuan. l. 17.*
 Venetus Phæbum Capellam Lega-*p. 528.*
 tum ad Albanum mittit, publicoque *Pallav. l. 13.*
 nomine rogat, ut Pontificiam ditionem,
c. 20. n. 13.
 quam ex fœdere, & laudabili instituto
 Majores sui exteris armis peti nunquam
 passi essent, bello infestare defineret.
 Ad ea ab Albano responsum: belli ini-
 tium a Pontifice factum, cum injurioso Co-
 lumnios habuisset, quibus tamen utpote
 clientibus suis Cæsar, & Angliæ Rex
 in tam justa caufsa, & tali tempore
 deesse non possent: quapropter Albæ
 Dux bellum eodem furore prosequeba-
 tur, ac Palumbaram expugnabat, ubi
 immanni crudelitate, omnisque generis
 militari licentia sævitum est. Postea
 Dux positis Tusculi castris per Cryptam-
 Ferratam, ac Marinum exercitui ho-
 spitia distribuerat, ubi ex vicinis locis,
 ac Tibure præcipue quotidie annona
 importabatur, nullo plerumque comi-
 tante milite.

Sub idem tempus Pontifex duorum
 Belliducum ceteris fortitudine præstan-
 tium jacturam deplorabat; quippe Ran-
 gonius Comes in insidias a Popoli Co-
 mite structas incidens captus est, Bar-
 tholo-

Sæcul. XVI tholomæus vero Montius, cum incau-
A.C. 1556. tius copias, quibus præerat, duceret, a
 trecentis Equitibus circumdatus, cum
 ejus miles passim auffugeret, amissis e-
 tiam omnibus impedimentis pariter ca-
 piebatur. Eo casu ultra modum con-
 sternatis Pontificiorum animis, atque i-
 pso Pontifice inprimis, omnes sic judi-
 cabant, fore, ut Albanus victoria usus
 recta Romam cum toto exercitu tende-
 ret, qua potitus haud dubie credeba-
 tur: ast hic nonnisi inanis erat Roma-
 norum timor; quippe Dux duntaxat de
 Ostia expugnanda consilium cepit;
 quippe hac ratione Pontificem, ante-
 quam auxiliares copiæ e Gallia adveni-
 rent, ad pacem æquis conditionibus fa-
 ciendam statuit adigere.

§. XXXIV.

*Ostia ab Albæ Duce obseffa,
 captaque.*

*Thua. p. 526.
 Pallav. l. 23.
 c. 20. n. 3.* Die quarta Novembris Albanus Dux
 exercitum suum recensebat, tertio
 autem post die Ascanius Corneus Por-
 cilianum, & Ardeam suis subjecit armis,
 hacque ratione annonæ, quæ Neptuno,
 & Marino advehebatur, viam aperuit.
 Evidem Caraffa Cardinalis Sommæ
 Ducem mox eo decernebat, ut locum
 hosti adeo commodum eriperet; astirri-
 ta erant illius molimina; unde navium
 ponte